



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

Cap. XVI. An Leges civiles justæ obligent Ecclesiasticos & quomodo?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

coactivam, adeoque ibi puniri possunt, ob transgressionem talis Legis, vel per Judicem vel per ipsam legem, si poenam ferat ipso facto. Ita Interpres in c. a nobis, de sententia excommunicationis.

Similiter quoque ab Advenis, servandæ sunt Leges Territorij, in quo versantur, quo ad formas Judiciorum, Contractuum, Testamentorum & similibus, & juxta illas judicandum, & contra illas acta, sunt irrita, Ita Bartolus, Jason, Felin, Panormit, &c.

#### C A P U T XVI.

*An Leges Civiles juxta obligent Ecclesiasticos, & quomodo.*

Clerici tenentur servare Leges Civiles justas, ac necessarias, quæ pro tota communitate Populi vel civitatis feruntur, quarum materia communis est Clericis cum alijs civibus, & æque possunt ab omnibus observari, sine ulla indecentia, vel iniquo gravamine Clericorum, ita omnes Canonistæ & Summistæ Soto, Medina, Vasq, Toletus, Sylvester Covarrvias & alij, nam communis Ecclesiæ consuetudo habet, ut hujusmodi Leges, à Clericis serventur, non propter timorem, sed propter Conscientiam & scandalum avertendum, si sæculares viderent, tales à Clericis non servari, y. g. triticum ca-

rius  
mille  
obli  
part  
pua  
Can  
ctun  
E  
rico  
hoc  
gref  
bitr  
quia  
Prin  
in p  
tate  
pec  
solv  
ad i  
del  
Hic  
pro  
nat  
qu  
ven  
v  
illi  
cu

rius vendi; quam lege taxatum, vel quid simile Suarez lib. 3 de Leg. cap. 34. quia ad id obligantur, ex vi naturalis rationis, distantis partem non debere discordare à toto. Præcipua vero ratio hujus obligationis est, quod Canones eam approbent, quo ad hunc effectum.

Hæ vero Leges non comprehendunt Clericos, quo ad vim cogendi illos, nec quo ad hoc per Canones approbantur; licet transgressores earum, à suis Prælatis, & eorum arbitrio puniri possint, propter talia delicta, quia Potestatem Jurisdictionis coactivam, Princeps sæcularis, seu Judex, nullam habet, in personas Ecclesiasticas, propter immunitatem fori. Hinc transgressor Clericus licet peccet, non tenetur in conscientia pœnam solvere, nisi per suum Judicem vel Prælatum ad id cogatur, qui id facere potest, quia illud delictum contrarium est bono communi. Hic vero Prælatus, pœnam potest imponere pro arbitrio, nec tenetur, ad pœnam designatam à Lege impositam. Covarr. lib. pract. qu. cap. 33. Suarez lib. 3 de leg. cap. 34. Hoc vero, quod de obligatione clericorum, servandi Leges dictum, intelligendum est, de illis Legibus, quæ respiciunt bonum publicum immediate, & per se, ut quando earum mate-

mate-

materia, communis est omnibus civibus, pro  
ut tales sunt, ac iusta & honesta, & nihil con-  
tinet, contra decentiam, vel exemptionem,  
Ecclesiastici status, sed potius fovet, ut v.g. in  
Lege taxante precium tritici; & similibus re-  
rum, in Lege prohibente extrahi è Regno,  
res necessarias Reipub. & similibus, Suar. l.  
3. de Leg. cap. 34.

## C A P U T XVII.

*An Lex Humana debeat esse de Communi  
magis, quam in particulari. Et an ad  
eam pertineat omnia vitia pro-  
hibere.*

Certum est eam debere poni in commu-  
ni, ita S. Th. 1. 2. q. 96. art. 1. quia leges de-  
bent proportionari suo fini, finis autem est  
commune bonum, cui procurando, per se,  
non est accommodata aliqua directio, aut  
mandatum uni factum, pro particulari nego-  
tio vel opere, ergo Lex debet esse universalis  
quæ ad multorum actiones dirigendas, vim  
habeat, nam ex actionibus plurium de com-  
munitate, bene compositis & ordinatis, con-  
surgit bonum & Salus Reipubl. : Non vero  
pertinet ad Legem civilem omnia vitia pro-  
hibere. Ita S. Th. hic art. 2. quia Lex imponi-  
tur hominum multitudini, cuius major est in  
Virtutibus imperfectio, & ad mala proclivi-  
tas